





1
4
7
75
76
77
78
79
50



1771.

43. Ludwíg, Christianus Gullob, Ord. med. pro cancellarias:
De celebratione succorum plantarum in universum.
Programma, quo panegyria medicam. . . induit.
44. Playpus, Antonius Gustidius: De auerliendis sanitatis
publicae impedimentis
45. Pueltmannus, Tobias Ludovicus Ernestus: De arbitrio
iudicis e foro iudicis que eliminando. Pra
gramma, quo et orationem sollemnem iuvitat
46. Pueltmannus, Tobias Ludovicus Ernestus: Metematur,
iura civitatis specimen I
47. Richterius, Joannes Tobias: De pacto, quo quis dum
dum sine tributis habeat, vel alienet, prohibito.
48. Schuen, Joannes Tranggott: De poena legis Liciuae
ex l. ult. de alienat. iudic. nub. caus. fact.
49. Schott, Augustus Tridericus: De quaestione Domitia=
na in l. 27. D. qui Testam. fac. poss.
50. Schott, Augustus Tridericus: De poena byzantiae
ordinaria, ad Const. Criminal. Carolin. Art. 121.

1771.

51. Schott, Augustus Fredericus: De origine juris hereditarii Constantini Imp. P. R. G. in comitatibus et inde pendente origine cognominum eorum seu nominum patibitorum.
52. Schott, Augustus Fredericus: De honoribus regis principum Electorum.
53. Segerus, Joh. Theophrastus, acad. doctor: Prolegomena de argumento librorum Ciceronis de officiis: idem ad Gellii noct. Att. V. 13. de officio cum gradu atque ordine moribus populi Romani observato. Praeambula, quo saltem doctoralia Joh. Franzetti Scholae indicit.
54. Frankmannus, Gottlob Haerian: Descriptionis immemorialis origo Romana.
55. Zollerus, Frid. Gottlieb: Observationes singulares ad pand. lib I tit. 1 et 3.
56. Zollerus, Frid. Gottlieb: Observationes singulares ad pand. lib I. tit 7.

1771.

57. Zollerus, Frid. Gollub: De successione mariti
in res uxoris immobiles ex jure Romano provin-
ciali Saxonico et statutorio Soraviensi.
58. Zollerus, Frid. Gollub: Utrum venditio Geradæ
in loco, quo eadem in usum est, contracta, officia-
riam producat, si faemina eo loco deceat,
quo nulla successio Geradica valet.
59. Zollerus, Frid. Gollub: Utrum vidua, quæ legatum
testamento relictum petit, portioem statutariam
amittat?
60. Zollerus, Frid. Gollub: Utrum fidejussor ante
solutionem præstitam, contra relictorem ad liberan-
dam agere possit?
61. Zollerus, Frid. Gollub: Observatioes singulares
ad pand. lib I tit. 4 et 5.
62. Zollerus, Frid. Gollub: De eo, quod jure est circa
parochianos et obligatione vasalli erga dominum,
nec non domini erga vasallum et subditos tempore
necessitatis fugam.

1776

63. Zallerus, Frid. Gottlieb : Observationes singulares circa pacta emptorii venditionis adjecta
64. Zallerus, Frid. Gottlieb : Observationes singulares ad. pand. lib. I tit. 6.
65. Zallerus, Frid. Gottlieb : Utrum foemina, quae in cessionem promittit, ad fidejuben dum valide adyqueat?
66. Zallerus, Frid. Gottlieb : Utrum in processu inquisitorio contra delinquentem in contumacia procedere liceat?
67. Zallerus, Frid. Gottlieb : An et quatenus exceptio veritatis, a poena injuriarum liberet?

8843

1777, 55.

EXERCITATIO IVRIDICA
SPECIMEN I.

*Observationes singulares
ad Pandectarum lib. I. tit. I. et III.
continens.*

13

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LV SAT. INFERIOR.
NEC NON FACVLT. IVRID. ASSESS. ET
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. V. APRIL. MDCCLXXI.

P V B L I C E D E F E N D E T

CAROLVS GODOFREDVS BRAND

L I P S I E N S I S.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.



EXERCITATIO JURIDICA

SECUNDUM I.

Observationes Inaugurales

ad Pandectarum lib. I. tit. I. de III.

Caroli III.

1742

ILLUSTRISSIMO TORON ORDINIS AUCTORITATE

P R A E S I D E

D. ERID. GOTTLEB. ZOLLERO

GOD. P. REGLES CATHEDE MARTIRI CAPITULI CURIAE

IN TROVINGIA SUTRINENSIS VBIAT INFERIOR

NEO ROMAE AUCTORITATE ASSISTIT

CAMBRIGIAE

IN AUDITORIIS ICTORVM

D. M. T. M. M. C. C. L. X. X.

P A R T E D E R N D E T

CAROLVS GODOFREDVS BRAND

LIPSIENSIS

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEIMII





AD LIB. I. TIT. I.
DE IVSTITIA ET IVRE

OBSERVATIO I.

*Valet in iure diuisio iustitiae in vniuersalem et particularem
et vtraque finem iurisprudentiae constituit.*



Iustitia vniuersalis Philosophis dici solet
complexus omnium virtutum, quod an
defendi proprie possit, vehementer du-
bito, cum iustitia sit species virtutis, et
secundum principia logica vna species reliquas sub se
comprehendere nequeat. Particularem vero eam pu-
tant virtutem, quae tam in distributione, quam in

* 2

com-



commutatione rerum iustarum seruat aequalitatem, per quam cuique tribuatur, quod ipsi debetur. *Aristot. lib. V. Ethicor.* Haec diuisio Iustitiae nullam praestat utilitatem, in diiudicanda etenim notione hominis iusti, non respicimus ad internam eius voluntatem, cum *l. 18. ff. de poen.* nemo poenam cogitationum suarum patiatur et de occultis non iudicet ecclesia, sed solummodo externarum actionum, an cum legibus conueniant, habemus rationem. Hanc ob causam, ne inutilis sit diuisio, hominem duplici modo vt consideremus fas est. Aut enim repraesentat membrum reipublicae, aut personam, quae cum alio ciue contrahit. In priori casu omnibus legibus, quas superior reipublicae praescripsit, obtemperare tenetur, et si actiones externas hisce regulis conformes exhibet, in vniuersum paret, voluntati Principis, hinc vniuersaliter iustus dicitur. Ast in posteriori casu illas tantum explere debet leges, quas natura contractus vel pacti ab eodem desiderant, quapropter si officio suo satisfacit, cum obligatio tantum eatenus, quatenus contraxit, contra ipsum oriatur, particulariter iustus vocatur. Quis igitur quaeso negabit, iustitiam vniuersalem quoque esse finem iurisprudentiae, cum ea sit habitus practicus leges rite interpretandi et ad facta in republica obuenticia applicandi.

OBSER.



OBSERVATIO II.

*Iustitia distributiva in omnibus negotiis obtinet, in quibus
qualitas personae dat normam decidendi.*

Errant grauitur, qui adfirmare conantur, iustitiam distributiuam habere locum, quando Princeps subditis vel praemia tribuat, vel poenas imponat, commutatuam vero existere, quoties priuati ad se inuicem referantur. Obscuriorem adhuc efficiunt notionem, quando in priori proportionem geometricam, in posteriori arithmeticam obtinere locum, contendunt. Quid enim opus est his terminis, qui, vt intelligantur, clariorem descriptionem desiderant. Non implemus partes logici, qui in definitione concipienda omnem adhibere debet operam, vt de idea rei, cuius causa concipimus definitionem satis constet, nec remaneant termini dubii vltiorem explanationem desiderantes. Imo ipsa notio, vt proponitur falsa est, nec principis iuris conuenit. Quamuis etenim nunquam in dubium vocamus, principem in conferendis praemiis pariter et honoribus ad personae qualitatem respicere, non tamen exinde sequitur, distributiuam iustitiam tantum in eo obtinere casu, et penitus in negotiis priuatorum cessare, cum et personae respectus in his saepiuscule attentionem mereatur. Respicias negotium tutelae, societatis, mandati, et alia, inuenies qualitatem personae omne efficere iudicium, et cum eo solum contrahimus, de quo constat, facultatibus quae



ad perfectionem negotii spectant, non esse destitutum. Hanc ob causam morte mandatarii tollitur negotium, cum personae industria, intuitu cuius mandans contraherat, ad heredes mandatarii non extendatur, et in societate ex pluribus nobis eligimus illum, de quo, quod ex voto utilitatem communem promouere velit, certe credimus. Quae cum ita sint meliori iure rem ita componamus. In quocunque negotio qualitas personae normam iudicandi efficit, in eodem obtinet iustitia distributiva nullo respectu habito, utrum de principe, vel priuato sit quaestio. Ast quoties cessante qualitate personae sola res, circa quam versatur conuentio, dat normam decidendi, toties iustitia, quam dicimus commutatiuam locum obtinet. Sic in emtione, locatione non respicimus ad personam, nihil enim interest, utrum nobilis vel ignobilis sit, dummodo consequatur venditor pretium, vel locator mercedem, quam desiderat.

OBSERVATIO. III.

In poenis infligendis regulariter iustitia distributiva exulat.

Obligatio personalis oritur ut inter omnes constat, vel ex facto licito, vel illicito, sub quo intelligimus delictum, quod est factum illicitum sponte contra leges susceptum; Quicumque delinquit, nec ignarus est poenae quam delicti grauitas promeretur, in can-



eandem vere consentit. Poena etenim est malum, ad quod patiendum is, qui legum violator existit, suo facto se obligatum redidit. Cum igitur ex suo facto per quod homines mentem declarant, de eius voluntate constet, ex eadem vero respublica, cui vindicta et ius exigendi poenas competit, ius quaesitum consequatur, qualitas personae, cur mutationem poenae efficere debeat, nulla dari potest ratio, cum is, qui semel consentit, facto suo contrauenire et ab obligatione recedendi potestate minime gaudeat. Equidem Bergerus in Oeconom. Iur. lib. I. tit. I. §. 8. discrimen intercedere putat, inter poenas certas seu uniformes, et arbitrias siue difformes. In prioribus negat respectum personarum valere et prouocat ad legem *41. ff. de poen. et l. 31. ff. ad leg. Corn. de fals.* In posterioribus affirmatiuam defendit opinionem, quia hae poenae eo germanico idiomate *willkürlich* vocantur. Patrocinium ipsi praestare videretur *l. 16. §. 3. ff. de poen.* vbi ICTus quod persona sit spectanda, adfirmat. Clariorem adhuc reddit sententiam *l. 4. §. 1. ff. de incendio, ruina* ait enim ICTus, vt in caeteris, ita in huiusmodi causis, ex personarum conditione, et rerum qualitate diligenter esse aestimandum, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa postulet. Sed dubito, vtrum ex his legibus assertum probationem consequatur. In lege enim *41. ff. de poen.* de respectu personae plane nihil dicitur, sed probat tantum Vlpianus



nus, delictum vnum, eadem lege variis aestimationi-
 bus coerceri. Terminus *variis aestimationibus*, ex
 quo sibi vtilitatem promittit Bergerus frustra refertur
 ad personam, sed ICrus tantum indicare voluit, quod
 qualitas delecti augeat, vel minuat poenam. simile quo-
 que iudicium obtinet circa legem 4. §. 1. ff. de Incendio.
 Quamuis enim conditionis personarum fiat mentio, non
 tamen exinde apparet ICTum id dicere voluisse, vt re-
 spectus personarum in infligenda poena normam de-
 cidendi efficiat. Contrarium potius ex verbis finali-
 bus extra dubitationem positum inuenies, dum ICrus
 asserit, eam poenam, quam causa postulat, esse sta-
 tuendam, quod idem est, ac si dixisset, prograuitate
 delicti impositionem poenae obtinere. Eam ob cau-
 sam, vt satisfaciamus legi, haec interpretatio asserenda
 nobis est. Determinata nondum erat poena, quam
 promerebantur illi, qui ex naufragio aliquid diripue-
 rant, quod probant verba Antonini *vt explorēs, qua
 poena afficiendos eos putem, qui diripiisse aliqua ex illo
 probantur.* Definit Imperator poenam pro grauitate
 delecti, vtrum peritura, vel quae seruari poterant, ab-
 stulerint. Nec obstat, quod obueniat discrimen inter
 liberos et seruos, et illorum conditio habeatur potior.
 Aliud enim est, vtrum a poena iam certa et determina-
 ta delinquentes eximamus, et ob conditionem personae
 in mitiorem procedamus partem, vel vtrum ab initio
 dum delicto irrogamus poenam, inter delinquentes di-



distinguiamus, eamque ob delicti qualitatem diuersam statuamus, in quo casu, cum delictum ipsum et eius natura ansam praebet decisioni, respectus personae nihil mutat. Quod si etiam hoc displiceret, alia ratio est in promptu. Separemus id, quod de facto contingit, ab eo, quod per regulam fieri debet. Illud efficit exceptionem, quae personae maiestaticae vi superioritatis competit, normam vero decidendi non supeditat, cum *l. 14. ff. de legib.* id quod contra rationem iuris receptum, non sit producendum ad consequentias, in his enim, quae contra rationem iuris sunt constituta, *l. 15. ff. d.* non possumus sequi regulam iuris.

AD LIB. I. TIT. III.

DE LEGIBVS.

OBSERVATIO I.

Obbligatio legis statim a tempore promulgationis incipit.

Errant, qui putant, legem scriptam obligationem, vt exinde teneantur subditi, elapso duorum mensium spatio consequi, et ad probandam sententiam Nouellam LXVI. c. i. §. i. citant. Quis enim ex hac Nouella asserere poterit, Iustinianum generaliter, vt leges
 **
 post



post duorum mensium spatium consequantur auctoritatem disposuisse. Agit Imperator solummodo de constitutione ordinationem testamentorum concernente, et ne legum ignorantia testamenta homines facientes videantur praeuaricari legem, iubet, vt si scripta fuerit huiusmodi lex, post duos menses dati eius temporis valeat. Quod si enim voluntatem Principis, vt sciant subditi, quo modo actiones in republica sint instituendae, contineat lex, necessario sequitur, obligationem legis ab eo statim tempore oriri, quo promulgatio legitimo modo fuit facta, et peccat subditus, simulac scit, actum quem suscipit dispositioni Principis esse contrarium. *Leges enim sacratissimae, quae constringunt hominum vitas ex mente Imperatoris l. 9. C. de legib. intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi praescripto manifestius cognito, vel inhibita declinet vel promissa seruentur.* Hanc ob causam, et constitutiones Saxonicae in regula ex die scientiae efficaciam producant *conf. Philipp. vs. Praet. lib. 1. Eccl. XI. n. 9.* cum is, qui de regula viuendi certus est, non amplius expectare debeat admonitionem. Liberum tamen non excludimus arbitrium Principis, penes quem cum dare possit legem, etiam constitutum est, vt terminum obligationis praefigat. Hinc Iustinianus in *Nov. LVIII.* vnus mensis et *Nov. CXVI. c. n.* triginta dierum spatium determinat. Ex quo insimul apparet, sententiam nostram in antecedentibus



tibus prolatam, valere, ex Nouella nempe LXVI.
c. 1. nullam dari posse regulam vniuersalem.

OBSERVATIO II.

*Ad introducendam consuetudinem duo tantum actus
requiruntur.*

Incongrua est sententia Ludouici ad hunc titulum
§. 5. Tot actus requiri, vt probabile sit consuetudi-
nem ad scientiam principis peruenisse. Hoc enim
modo incerta semper manet decisio, et omne pun-
ctum ad id reducitur, vt numerum actuum ex quo sci-
entia praesumitur, determinemus. Imperator Alexan-
der *l. 1. C. Quae sit. long. consuet.* Iubet, vt praeses Pro-
uinciae probatis his, quae in oppido frequenter in eo-
dem controuersiarum genere seruata sunt, causa cog-
nita statuatur. Quid itaque inuoluat uocabulum frequen-
ter, videamus. Interpretationem suppeditamus ex
l. 12. ff. de testibus in qua Ictus non expresso numero
testium, duos sufficientes esse, adserit. Obiicies for-
san, hoc responsum tantum agere de testibus, quibus
ad veritatem probandam utimur, a quibus uero ad con-
suetudinem, quae ius introducit, non esse concluden-
dum. Sed ratio adposita, quia pluralis eloquutio duo-
rum numero est contenta, generalis est, et uti in legi-
bus plerumque fieri solet, ad similes casus trahi pot-
est.



est. Non enim l. 12. ff. de legib. possunt omnes articuli singulatim aut legibus, aut senatus Consultis comprehendi, sed cum in aliqua sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni praeest, ad similia procedere, atque ius dicere debet: quam sententiam et sua auctoritate confirmat Carpzovius P. II. C. El. III. def. 22. n. 7.



Leipzig, Diss., 1771 L-2

ULB Halle
005 108 616

3





8843

1771, 55.

13

EXERCITATIO IVRIDICA
SPECIMEN I.

*Observationes singulares
ad Pandectarum lib. I. tit. I. et III.
continens.*

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LVSAT. INFERIOR.
NEC NON FACVLTV. IVRID. ASSESS. ET
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. V. APRIL. MDCCLXXI.

P V B L I C E D E F E N D E T

CAROLVS GODOFREDVS BRAND

LIPSIENSIS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

